

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Faint, illegible text at the top of the page, likely bleed-through from the reverse side.

APENDICE SEGUNDO.

F.

FE

(PROFESION DE)

Decretum.—Quod a priscis Ecclesiae temporibus semper fuit in more, ut Christi fidelibus certa proponeretur ac determinata formula, qua fidem profiterentur, atque invalescentes cujusque aetatis haereses solemniter detestarentur, id ipsum, sacrosancta Tridentina Synodo feliciter absoluta, sapienter praestitit Summus Pontifex Pius IV, qui Tridentinorum Patrum decreta incunctanter exequi properans, edita Idibus Novembris 1564 Constitutione *Injunctum Nobis*, formam concinnavit professionis fidei recitandam ab iis, qui cathedralibus et superioribus Ecclesiis praeficiendi forent quive illarum dignitates, canonicatus, aliaque beneficia ecclesiastica quaecumque curam animarum habentia essent consecuturi, et ab omnibus aliis, ad quos ex decretis ipsius Concilii spectat; nec non ab iis, quos de monasteriis, conventibus, domibus, et aliis quibuscumque locis regularium quorumcumque ordinum, etiam militarium quocumque nomine vel titulo provideri contingeret. Quod et alia Constitutione edita eodem die et anno incipit. In sacrosancta salubriter preterea extendit ad omnes doctores, magistros, regentes, vel alios cujuscumque artis et facultatis professores, sive laicos, vel cujusvis ordinis regularis, quibuslibet in locis publice vel privatim quocummodo profitentes, seu lectiones aliquas habentes vel exercentes, ac tandem ad ipsos hujusmodi gradibus decorandos.

Jam vero, cum postmodum coadunatum fuerit sacrosanctum Concilium Vaticanum, et ante ejus suspensionem per Litteras Apostolicas *Postquam Dei munere* diei 20 Octobris 1870 indictam, binæ ab eodem solemniter promulgatae sint dogmaticae Constitutiones, prima scilicet de Fide Catholica, quae incipit *Dei Filius*, et altera de Ecclesia Christi, quae incipit *Pastor aeternus*, non solum opportunum, sed etiam necessarium dijudicatum est ut in fidei professione dogmaticis quoque praememorati Vaticani Concilii definitionibus, prout corde, ita et ore publica solemnisque fieri deberet adhaesio. Quapropter SS. mus. D. N. Pius Papa IX, exquisito ea desuper re voto specialis Congregationis Emorum S. R. E. Patrum Cardinalium, statuit, praecipit, atque mandavit, ceu per praesens decretum precipit ac mandat, ut in praecitata Piana formula professionis fidei, post verba "*praecipue a sacrosancta Tridentina Synodo*" dicatur "*et ab oecumenico Concilio Vaticano tradita, definita ac declarata, praesertim de Romani Pontificis Primatu et infallibili magisterio.*" utque in posterum fidei professio ab omnibus, qui eam emittere tenentur, sic et non alter emittatur, sub comminationibus ac poenis a Concilio Tridentino et a supradictis Constitutionibus S. M. Pii IV statutis. Id igitur ubique, et ab omnibus, ad quos spectat, diligenter ac fideliter observetur, non obstantibus etc.

Datum Romae e Secretaria S. Congregationis Concilii die 20 Januarii 1877.—P. CARD. CATERINI PRAEFECTUS.—J. Archiepiscopus Ancyranus *Secretarius*.

Professio orthodoxae Fidei juxta formam a Summis Pontificibus Pio IX praescriptam.

Ego, N. firma fide credo et profiteor omnia et singula, quae continentur in Symbolo fidei, quo sancta Romana Ecclesia utitur, videlicet: credo in unum Deum Patrem omnipotentem, factorem coeli et terrae, visibilium omnium et invisibilium. Et in unum Dominum Jesum Christum filium Dei Unigenitum. Et ex Patre natum ante omnia saecula, Deum de Deo vero, Genitum, non factum, consubstantialem Patri: per quem omnia facta sunt. Qui propter nos homines, et propter nostram salutem descendit de caelis. Et incarnatus est de Spiritu Sancto ex Maria Virgine, et homo factus est. Crucifixus etiam pro nobis, sub Pontio Pilato passus et sepultus est. Et resurrexit tertia die, secundum Scripturas. Et ascendit in caelum, sedet ad dexteram Patris. Et iterum venturus est cum gloria judicare vivos et mortuos, cujus regni non erit finis. Et in Spiritum Sanctum, Dominum et vivificantem: qui ex Patre Filioque procedit. Qui cum Patre et Filio simul adoratur, et

conglorificatur, qui loquutus est per prophetas. Et unam, sanctam, catholicam et apostolicam Ecclesiam. Confiteor unum baptisma in remissionem peccatorum. Et vitam venturi saeculi. Amen.

Apostolicas et ecclesiasticas traditiones reliquasque ejusdem Ecclesiae observationes et constitutiones firmissime admitto et amplector. Item sacram Scripturam juxta eum sensum, quem tenuit et tenet sancta mater Ecclesia, cujus est judicare de vero sensu et interpretatione sacram Scripturarum, admitto, nec eam unquam, nisi juxta unanimum consensum Patrum, accipiam et interpretabor.

Profiteor quoque septem esse vere et proprie Sacramenta novae legis a Jesu Christo Domino Nostro instituta, atque ad salutem humani generis, licet non omnia singulis, necessaria, scilicet: Baptismum, Confirmationem, Eucharistiam, Poenitentiam, Extremam Unctionem Ordinem et Matrimonium, illaque gratiam conferre; et ex his Baptismum, Confirmationem et Ordinem sine sacrilegio reiterari non posse. Receptos quoque et approbatos Ecclesiae catholicae ritus in supradictorum omnium Sacramentorum solenni administratione recipio et admitto. Omnia et singula, quae de peccato originali et de justificatione in sacrosancta Tridentina Synodo definita et declarata fuerunt, amplector et recipio: Profiteor pariter in Missa offerri Deo verum, proprium et propitiatorum Sacrificium pro vivis et defunctis, atque in sacrosancto Eucharistiae Sacramento esse vere, realiter et substantialiter corpus et sanguinem una cum anima et Divinitate Domini nostri Jesu Christi, fierique conversionem totius substantiae panis corpus, et totius substantiae vini in sanguinem, quam conversionem catholica Ecclesia transubstantiationem appellat. Fateor etiam sub altera tantum specie totum atque integrum Christum, verumque Sacramentum sumi. Constantiter teneo Purgatorium esse, animasque ibi detentas fidem suffragiis juvan. Similiter et Sanctos una cum Christo regnantes venerandos atque invocandos esse, eosque orationes Deo pro nobis offerre, atque eorum reliquias esse venerandas. Firmiter assero imagines Christi ac Deiparae semper Virginis, nec non aliorum Sanctorum habendas et retinendas esse, atque eis debitam honorem ac venerationem impertendam. Indulgentiarum etiam potestatem a Christo in Ecclesia relictam fuisse, illarumque usum Christiano populo maxime salutarem esse affirmo. Sanctam, catholicam et apostolicam Romanam Ecclesiam omnium ecclesiarum matrem et magistram agnosco, Romanoque Pontifici beati Petri Apostolorum Principis successor ac Jesu

Christi Vicario veram obedientiam spondeo ac juro. Caetera item omnia a sacris Canonibus et oecumenicis Conciliis, ac praecipue a sacrosancta Tridentina Synodo, et ab oecumenico Concilio Vaticano tradita, definita ac declarata, praesertim de Romani Pontificis Primatu et infalibili magisterio, indubitanter recipio atque profiteor; simulque contraria omnia, atque haereses quascumque ab Ecclesia damnatas et rejectas et anathematizatas ego pariter damno, rejicio, et anathematizo. Hanc veram catholicam fidem, extra quam nemo salvus esse potest, quam in praesenti sponte profiteor, et veraciter teneo, eandem integram et immaculatam usque ad extremum vitae spiritum, constantissime, Deo adjuvante, retinere et confiteri, atque a meis subditis seu illis, quorum cura ad me in munere meo spectabit, teneri et doceri et praedicari, quantum in me erit, curaturum ego idem N. spondeo, voveo ac juro. Sic me Deus adjuvet, et haec sancta Dei evangelia,

I.

INCENSACIONES.

De la Sagrada Congregacion de Ritos.

De Guadalajara et Dioecesium suffraganeorum.—Rms. D. Petrus Loza Archiepiscopus de Guadalajara exposuit quod ex antiquissima et generali Provinciae ecclesiasticae de Guadalajara consuetudine in Missis sine Ministris cantantis in usu semper fuerunt et adhuc sunt incensaciones seu thurificationes, modo ipsis Missis duo acolythi assistant, quia poene omnes parociae praecipue foraneae ad functiones religiosas peragendas nisi unum vel duos tantum sacerdotes habere possunt. Verum quum investam praxim remove et obmurmurationes et offensiones in populo pareret et in divini cultus imminutionem cederet, Archiepiscopus orator, tum suo, tum nomine suffraganeorum suorum Sanctissimum Dominum Nostrium Pium Papam IX. supplex rogavit ut illam de apostolica venia amodo permittere dignaretur. Sanctitas porro sua, referente subscripto Sacrorum Rituum Congregationis Secretario, benigne annuit, donec asserta Ministrorum deficientia perduret. Contrariis non obstantibus quibuscumque. Die 26 augusti 1875.—Episcopus Ostien et Velitern. Card. *Patrizi* S. S. C. Praef.

M.

MASCARAS.

EDICTO. Nos el Presidente y Cabildo de esta santa Iglesia Metropolitana de México gobernador del Arzobispado &c. Salud y gracia en Nuestro Señor Jesucristo.

Amados diocesanos: Aunque en todo tiempo la obligación de santificar las fiestas exija un escrupuloso empeño; este parece que en el tiempo cuadragesimal se aumenta en razon de los grandes y tiernos Misterios cuya celebracion se aproxima. Mas con el mayor dolor palpamos que en nuestros desgraciados dias la impiedad se ha aumentado, la relajacion de costumbres progresado á merced y por consecuencia necesaria, entre otras cosas, de la lectura de innumerables obras impías y obscenas, que bajo las apariencias más seductoras encierran y encubren el veneno más mortífero, que corrompen las entrañas de piedad en que fueron nutridas, y las aguas del bautismo en que fueron regeneradas. *¿Quid tibi cum pompis diaboli quibus renuntiasti?* ¿Qué parte queréis tener con las pompas de satanas á que renunciastéis? podríamos preguntarles á muchos de nuestros amados diocesanos, al verlos convertir en dias de diversiones, de mayores escandalos, de mayor lujo y de mayor prostitucion los dias domingos, dias del Señor, dias que deben ser para la santificacion esclusivamente consagrados; dias en que se prohíbe todo trabajo material, para emplearlos en el ejercicio y practica de las obras de piedad.

Si hermanos nuestros: con el más profundo dolor, con la mayor tristeza de nuestros corazones, observamos ser muy justo y fundado el escándalo que se nota, y la crítica aun de los protestantes residentes en esta ciudad, que mas arreglados en esta parte a su creencia, obran en conformidad de ella. Si; escandalizados, estan y privadamente unos, y otros en público nos lo han manifestado, al ver, dicen, que son nuestras cuáresmas, y en ellas sus domingos, los dias en que el libertinage hace más alarde brilla más a vista de todos, alcanzando los triunfos más desastrosos de los cristianos sencillos é incautos, con ofensa de la ley santa y de la moral aun pública que tales excesos siempre condena. Como un torrente que todo lo inunda y destruye, ha en estos últimos dias la relajacion de la sana moral salido de sus diques, haciendo extraordinarios esfuerzos para ahogar los sentimientos piadosos de la Iglesia, y